lius autoritatis Ero. Dicte enim reddo iniquitates patrum in filios: addit: his qui oderunt me: per quod evidenter ostendit: non ideo puniri filios: quod peccauerunt patres: sed quod eis sunt miles quodam hereditario malo dei odierunt. Illud ergo quod in Exodo dominus dicit: sicut Hiero. tradidit: non id sonat quod multi eliantur: nec est simile huic puerbio. Patres comedenter viam acerbam. Illud enim in Exodus. Hiero. super Ezechiel. et Aug. super Iohannem. Deus laudem meam ne tacueris: defiliis peccata patrum unitantibus accipiendo censem. super quos dicit deus reddit peccata patrum quod puniit eos: coquimur imitantes peccata patrum non quia pres peccauerunt. Non itaque corrigit deus in propheta: quod ante dixerat in legge: sed quod intelligendum suum agit. Unde et illos qui prae intelligebant arguit quod dicebant. Patres comedenter.

Quare dixerat in tertiam et quartam generationem et quare patres tamen commemorauit. l

Veruntamini si de imitatoribus malorum illud accipitur: quare tertiam et quartam generationem tamen commemorauit: cum in qualibet generatione regnatur: qui peccata patrum imitantur: et quare patres commemorauit: cum et illi oculi mali sint: qui qualibet malorum peccata imitantur. Sed ideo patres specialiter nominauit quia maxime patres filii imitari solent: quod precipue diligunt. Et tertiam et quartam generationes ideo commemorauit: quod solent parentes interdum tamquam viuere donec filios tertios et quartos habeant qui patrum iniqtatates videntes: eorum impietas heredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum recte intelligitur ad litteram quod in Exodo dicitur.

Quod illud Exodi intelligi debeat secundum mysterium. m

Solutio.

Quod etiam mysti

ce intelligendum esse ostendit ex eo quod pabola dicitur. Si enim pabola est: ut ait Hiero. alio sensu sonat: aliud sensu pertinet. Unde aliquis ita edisceretur. Pater enim nobis esse dicitur: leviter punitus sensu. id est primi motus suggestionis vel cogitationis. Filium vero si cogitatio percepit peccatum in quo notatur consensus et

delectatio mulieris. Nepotem: si quod cogitaueris atq; concepis: ope compleueris vel complere decreueris: in quo notaſ cōſensus viri ſive patrati peccati. Pronepotem aut si nō ſolum feceris ſed in eo glorieſ: et hec eſt quarta generatio: non q; tres p̄cēſerint: ſed quarta dicit: qui a qua lo co a p̄mo motu qui eſt quāli pater: enumeraſt. Deus ergo primos ſecūdos ſtimulos cognitionū quos greci p̄pathetis voſcant: ſine quibus nullus hominū eſſe pōt: nō puniet eternaliter. Sz ſi cogitata quis facere decreuerit: et que fecerit corrigere noluerit: que ſunt mortalia peccata et tertia et quarta generatio. P̄der quid probatur q; p̄mō mo‐tus non puniatur eternaliter. n

Ad probandū ve‐
ro ut h̄at h̄iero. q; p̄mus pulſus cogitatio‐nis nō puniat eternaliter a deo: illud de Ge‐nesi afferendum eſt. Cham eñi peccauit ir‐ridens nuditatē patris. et ſententiā nō ip‐ſe ſed filius ei⁹ chanaan accepit. Maledi‐ctus chanaan ſuus erit fratrū ſuorū. Que eñi iuſticia ē: vt pater peccauerit et fili⁹ pu‐nitus ſit. Sed in ministerio illud dictū eſt

Ista eſt diſtictio. xxxij. hui⁹ ſecū‐di libri. In qua magiſter poſtq; egi de peccati origi‐naliſ q̄ditate traduſione et remiſſione agit de ei⁹ in poſteris augmentatione. Et tria facit. Iaz p̄mo in‐quirit an omnia peccata parentum paruiliſ iputan‐tur. Secundo an peccatum ade fuerat grauius cete‐ris peccatis. Tertio an peccata parentum etiam pu‐niante in filijs. Primum facit a principio diſtinctionis vſq; ibi. Dic queri ſoleat. Secundum vſq; ibi. Et licet peccatis. Tertium vſq; ad finē diſtinctionis. Et tan‐tum in generali. In ſpeciali ſententiā magiſtri ſtar in tribus ppoſitionib⁹. quarū prima eſt hec. Quā‐uis puniſ parentib⁹ plura poſſunt peccata aſſigna‐ri. tamen pauiſiſ preceſe vnum peccatum imputatur et nō plura originalia. Hanc magiſter p̄bas querit. Utrum actualia peccata aliorum parentum imputen‐te filijs. ſicut peccatum primi parētis. Et arguit q; ſic p̄mo per autoritatē. Ero. xx. vbi dicit q; de⁹ viſi‐tat peccata patris in filios vſq; ad tertiam et quartā generationē. vbi etiam ſequi videtur q; plura pecca‐ta contrahant ab origine vnum. Quod conſirat p̄ illud p̄. Ecce eñi in iniquitatib⁹ conceptus ſumit in pec. et. Ubi peccatuſ originale exprimitur plura luer. Deinde arguit in contrarium. Nam ſi peccata parentū pauiſiſ contraherent ab origine. ſequeretur q; pena pauiorum in hmoi ſolum mortuentū nō eſſe mihiſima. Cuius tamen oppofitum dicit Auguſtin⁹. Et magiſter ad queſtioneſ respondens dicit pecca‐ta actualia aliorum et etiam primorum parentum nō contrahere pauiſos ab origine. Et q̄uis quedam au‐toritate beati Auguſtinii videtur hoc ſonare tamē beatus Auguſtinus nunq; inuenitur hoc determia‐

tine posuſſe. Nec obſtat dictum p̄. allegatum. quia fm moře ſacred scripture aliquando ſignificare ex p̄mutur pluraliter et econuerſo cui⁹ exempla patent in textu. Nū patet q; nulla peccata parentum filijs im‐putantur niſi que ab eis p̄ originem contrahuntur.

Secunda propositio eſt hec. Peccatum inobedie‐tie primorum parentum nō ſuit grauiſſimum omnī ſe‐peccatum. Hanc magiſter probans querit. Utru peccatum ade fuit grauius ceteris p̄cīs. Et r̄ndet q; q̄uis quibusdam ſic videatur. eo q; totam naturam corumpebat et maius nocumētum q; quodcuq; aliud peccatum inſerat. Teneri tñ potest q; ceteris omnībus grauius non fuit. eo q; non fuit grauius pecca‐tis in ſpirituſancti. Quod patet ex hoc q; ade ſuū peccatum eſt remiſſum. ſed peccatum in ſpiritumfan‐ctum nō remittitur in hoc ſeculo neq; in futuro. et q; peccatum ade totam naturam corumpebat hoc nō fuit ratione ſue grauiat. ſed ideo quia ab homine comitebaſt in quo tota natura ſumul exiſtebat. intru‐lit etiā plura et maiora mala q; alia peccata ſequentiā nō q̄tum ad penam eternā. ſed ſolum q̄tum ad mul‐tiplices defectus ex ipſo plusq; ab alijs peccatis ſe‐cueros. Tertia propositio eſt hec. Peccata paren‐tum minime in filijs puniunt niſi quibus eos imita‐do ſequuntur. Hanc in gr̄ probas querit. Quod pec‐cata parentum in filios viſiſent. Cum tamē dicatur in Ezech. filius nō portabit iniquitatē p̄ris. Et re‐ſpondet q; ſolum illa peccata parentum viſiſatur. i. puniuntur in filio in quibus filii ſuos parētes imita‐tur. Sed in Ezech. ſolum loquiſ de his peccatis in quibus filii paternē malicie imitatores non exiſtunt. Et tñ in ſpeciali.

Que de peccato animaduertēda ſint. a

Dicit predicta

DI. XXX
III

de peccato actuali diligēti in‐
dagine quedā consideranda
ſunt. ſ. que fuerit origo et cau‐
ſa primi peccati. vtrū res bo‐
na an res mala. Postea in qua re ſit p̄ctū.

Deinde quid ſit p̄ctū: et quod modis fiat;

et de differentia ipsorum peccatorū.

Que fuit origo et cā p̄ctī prima. b

Causa et origo pri‐
ma p̄ctī res bona extitit: q; an p̄mū p̄ctū
nō erat aliqd mali vñ oſiret. Eū eñi origi‐
ne cām habuerit: aut ex bono aut ex malo
habuit. Sz malū an nō erat: ex bono q; or‐
tū eſt. P̄tū eñi in āgelo ortū eſt p̄ctū et po‐
ſtea i hoie. Et qd erat āgelus niſi bona na‐
tura dei. Nō ex deo ortū eſt malū qd fuit i
āgelo: nō ex alio q; ex āgelo. ex bono q; or‐
tū eſt. Un Aug. i riſionib⁹ p̄tra iulianū hel‐
reticū q; dixerat. Si ex natura p̄ctū eſt tūc
mala eſt natura: ait. Quelο vi ſi potest re‐
ſpondeat. Manifestū eſt ex voluntate mala

tanq̄ ex arbore mala: fieri om̄ia op̄a mala
tanq̄ fructus malos: sed ipsam malā volū-
tate vnde dicit exortā nisi ex bono. Si enī
ex angelo: quid est ā gelus nisi bonū opus
dei. Si ex hoie: qd erat ip̄e homo nisi bo-
num opus dei? Immo qd erāt hec duo an-
q̄ in eis orīre mala voluntas: nisi bonuz
opus dei t̄ bona t̄ laudāda natura. Ergo
ex bono orī malū: nec fuit vnde oīri pos-
set nisi ex bono. Dico ergo quia voluntatez
malam nullum malum p̄cessit: sed ex bono
originē habuit. Hic apte dicit p̄mā causam
t̄ originē mali bonam fuisse naturā. Et nī
hōlominus ostēditur cuius peccati fuerit
causa. scilicet male voluntatis.

Q̄ mala voluntas secundaria cau-
sa fuit malorum.

Mala autē volun-
tas illa angeli t̄ hominis causa est etiā ma-
lorum subsequentiū. s. malorū operū t̄ ma-
larū voluntatū. Enī Aug. in enc̄. Nequa-
q̄ dubitare debemus rerū bonaz que ad
nos p̄tinent causam nō esse nisi bonitatem
dei. Q̄ alaz ḥ ab immutabili bono defici-
entem boni mutabilis voluntatem: prius
āgeli: postea hois: h̄ primū est creature ra-
tionalis malū. i. prima priuatio boni. Ecce
habes p̄mā voluntatē boni mutabilis. id ē,
angeli vel hominis deficiēt ab immuta-
bili bono. i. a deo causam esse malaruz rep̄
ad nos p̄tinentiū. q̄ causa est tā pctōz q̄z
penaz quib⁹ p̄mis̄ hūana natura. Prima
ergo origo t̄ causa peccati bonū fuit t̄ secū-
da malum quod ortum est ex bono.

In qua resit peccatuž, an in bona
an in mala, t̄ dicitur quia in bona
tantum.

Ostēsa origine ma-
lit: sup̄est videre in qua re sit malū. i. an in re
bona: an in mala: Qui recte acuteq̄ sapit
non nisi in bono malū esse intelligit. i. in na-
tura bona. Q̄ alū enī est corruptio vel pri-
uatio boni: vbi aut̄ bonū nō est nō p̄t esse
corruptio vel priuatio boni. Id est q̄ nō po-
test esse nisi in re bona. Sicut enī morbis ac
vulnerib⁹ corrumpūt corpora: que (vt ait
Aug. in enc̄) sunt priuatiōnes boni quod
dicē sanitas. ita t̄ aīoz q̄cūz sūt vittia: na-
turaliū sunt priuationes bonorū. Quid est
enī aliud qd malū vicit, nisi priuatio boni

bonum enī minū malū est: q̄uis q̄tūcūz
minūt necessē est, vt aliqd remaneat: si ad
huc naturā ē. Nō enī plūm̄ p̄t bonū qd
est naturā: nisi t̄ ip̄a plūma. Cum ḥo cor
rumpit: ideo malū est eius corruptio quia
ē q̄tūcūz priuat bono. Nā si nullo bono
priuat: nō nocet. Vocet aut̄. admīt ḡ bonū
Quādiū itaq̄ natura corrupit: in est ei bo-
num quo priuet. Ac p̄ hoc nullū est qd di-
citur malum: si nullū sit bonū: sed bonuz
om̄ino malo carens: integrū bonū est. Lū
ḡo inest malū: vittiatū vel vittiosum bonū
est: nec malū vñq̄ potest esse vīlū vbi est
nullū bonū. Unde res mira p̄ficit: vt qz
om̄is natura inquantum natura est bonū
est: nihil aliud dici videſ: cū vittiosa natura
est mala natura esse dicif: nisi malū esse qd
bonum est: nec malū esse nisi quod bonuz
est. Hac p̄textione euidenter insinuat ma-
lum non posse esse nisi in re bona: vt etiam
licet absurdū videatur manifeste dicitur
esse malum quod bonum est.

Q̄ exp̄missis sequitur sc̄z q̄ cum
dicitur malus homo, dicit malū
bonum.

Ex quo colligit nī
bil aliud significari cū dicit homo malus
nisi bonū malū. Unde Aug. in eodem sub-
dit. Quid est malus homo nisi mala natu-
ra. Quia homo naturā ē. Porro si homo
aliquid bonum est: quia natura est: qd ali-
ud est malus homo: nisi malum bonū. Enī
cum duo ista discernimus: inuenimus nec
ideo malū: quia bonū est: nec ideo bonuz
quia iniquus est. Sed bonū q̄ homo: ma-
lum quia iniquus. Q̄is itaq̄ natura etiāz
si vittiosa sit: inq̄tū natura est. bona ē: inq̄
tū vittiosa est: mala est.

Q̄ regula dyaleticorum de con-
trarijs fallit in his scilicet bono et
malo.

Ideoqz in his con-
trarijs que mala t̄ bona vocātur: illa dy-
leticoz regula deficit: qua dicunt nulli res
duo simul inesse contraria. Nullū enī potus
aut cibus simul dulcis est t̄ amar⁹. Nullū
simul vbi albū ibi t̄ nigrū: t̄ hoc in multis
ac pene in omnibus regis̄ contrarijs: vt in
vna re simul esse nō possint. Cum aut̄ bo-
na et mala nullus ambigat esse contraria.

non solū simul esse possunt: sed mala omnino sine bonis et nisi bonis esse non possunt. Et hec duo contraria ita simul sunt: ut si bonū non esset in quo esset: prorsus nec malum esse potuisset. Quia non modo ubi confisteret sed unde oriretur corruptio non haberet nisi esset quod corrumperetur: quoniam nihil est aliud corruptio quam boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt: et nisi in bonis non sunt: nec fuit prorsus unde oriret illa mali natura nisi ex angelī et hominis natura bona: unde primus orta est voluntas mala. Epilogū facit ad alia transitur.^g

Ex his apitur qd
primo et secundo supra inuestigandū diximus
scz que fuerit origo mali: et in qua re sit. Ex
bona enim re ortum: et in re bona cōsistere p/
missis testimonij comprobatur.
Sententie illi qua dictum est bonum
esse malū opponitur de prophetia que ait. *Celebis qui dicunt bonum malum.*^h

Ad hoc autē quod

dictū est malū esse qd bonū est: qdā sic op/
ponit. Si bonū malū esse dicimus: incidi
mus in illā sūstā ppheticā ubi legis. Ue
bis qd dicit bonū malū: et malū bonū. Ig/
tur si hāc maledictionē vitare volim⁹ nul
latenus dicere debemus bonū assē malū: et
ecōuerso. Hoc aut̄ Aug⁹ in eodē libro de/
terminat dices: id qd dictū est in pphetia
intelligendū esse de iōis reb⁹ qbus hoīes
mali sūt nō de hoībus. Unq d adulteriū di/
cit bonū in eū cadit illa pphetica detesta/
tio: et in eū qd dicit malū esse bonū vel bonū
esse iniquum. Qui enī dicit hoīem inq̄stuz
hō est malū esse: et bonitatē esse iniquitatē
opus dei culpat quod est homo: et vitium
hoīis laudat quod est iniquitas.

Ista est distinctio. **xxxiiij. h⁹ scđi**
libri In qua magister postq̄ egit de peccato actuali
primorum parentū quo persona corrumpt naturā
et de peccato originali quo natura corrumpt perso/
nam. Incipit agere de peccato actuali adulteriū.
quo persona corrumpt seipsum. Et tria fatus. Nam
primo inquirit a quo sit malum. Secundo in quo sit
subiectatū. Tertio inserit quoddam sequēs correla/
tum. Primum facit vīcib⁹ ibi. Q̄ stenā origine mali.
Secundum vīcib⁹ ibi. Ideoq̄ in his contrarijs. Ter/
tium vīcib⁹ ad finem distinctionis. In speciali senten/
tia magistri star in tribus propositionibus quā pī
ma est hec. Malum primum quo deturparus fuit
primus homo non processit neq̄ originabatur nisi a
bono. Hanc magister probans dicit sententialiter et
creatura rationalis primum peccatum proprie nō ba

buit causam efficientē. sed voluntatē obliquam con/
tra regulam iusticie defective eligentem. Nā dicit qd
origo et causa primi peccati non fuit malum sed tātū
natura bona et incorrupta. sed aliorum malorum. id
est peccatorum sequentium extitit primo voluntas ma/
la. Nam iste fuit ordo ingressus mali in mundum qd
bona natura fuit causa prime voluntaris male. et pri/
ma voluntas mala causa fuit sequentium prauarum
voluntatum et malorum operarum. Unq pater qd origo et pri/
ma causa peccati fuit bonū. p̄xima autē et secundaria
causa fuit mala voluntas que orta habuit a bono. et
bāc pbat autoritate beati Augustini in encirclion

Secunda ppositio est hec. Tam malum culpe qd
malum pene nō pōt esse nisi subiectum sit in re bona
Hanc mīgr⁹ pbans dicit qd subiectum mali nō nisi res
bona esse pōt. Nā malū nihil aliud est qd corruptio bo/
ni. cū ergo ubi non est bonum nō possit esse priuatum
boni psequens est. malum non nisi in bono subiecta
rū. vñ sicut morbi et vulnera requirunt corpora in quo
sunt ut in subiecto. sic malū est in re bona ut in subiec/
to. Unde concludit qd cum dīc̄t̄ homo malus. idem
est ac si dicere. bonū malum et hoc confirmat auto/
ritate beati Augustini. Tertio ppositio est hec. Ex
quo fallitur dialeticorum regula que dicit qd in eadē
re non possunt simul et semel existere contraria. Hanc
magister probans dicit qd bonum et malū sunt in eo
dem simul. eo qd malum in bono subiectatur. et malū
a bono originatur. qd non pōt dici de alijs p̄trarijs
puta albo et nigro. dulci et amaro. Postea soluit qd.
dam dubiū. nā superioris dictū fuit qd dicere hominem
malum et dicere bonum malum. et qd hoc homo inci/
deret sententiam propheticam qua dicit. Vc qui di/
cīt̄ bonum malum et malum bonū. Quod soluit ex
verbis Augustini dīc̄t̄ qd causa qua bonū fit ma/
lus puta fornicationem vel aliud hīmōt dicere bona
hoc est incidere sententiam pphēte. sed hominem qd
natura est bonus dicere malum propter vitium pro/
phetie nō contrariatur. Et tantum in speciali de sen/
tentia huius distinctionis.

Quid sit peccatum.^a

Dīt̄ hec vīde

DL. XXX
V

P dū ē qd sit pctū. Pctū est vt
ait Augu. oē dictū vel factū
vel p̄cupitū qd fit p̄tra legez
di. Idē in li. de duab⁹ anīab⁹. Pctū ē vo/
lūtas retinēti vel p̄sequēti. qd iusticia ve/
rat. In vīras assignatiōe de actuali pctō
agīt et moralī nō ventiāli. Ex p̄ma descri/
ptiōe ondīt̄ pctū esse volūtas mala siue lo/
cutio et opatio prava. i. acī mal⁹ rā iterioz
et exterior: ex alta vō tñ ondīt̄ ee act⁹ ite/
rior. Volūtas enī vt i sup̄iorib⁹ dīc̄t̄ ē: mo/
tus animi ē: act⁹ et iterioz ē. Amb. qd ilī. de
padiso ait. Quid ē pctū nī legis diuīc̄ p
uaricatio: et celestī inobedīt̄ia p̄ceptoz.
Ergo i p̄uaricātē pctū ē fī i mādātē culpa
nō ē. Nō enī p̄sistēt̄ pctū si inobedīt̄io nī suis/
set. Nō p̄sistēt̄ aut̄ pctō nō solū malicia: s
etiā vī fortasse nī esset. Quenā si aliq̄ maliciē
fuisseū semia: vī līsistere vī eminere nī
posset. Ecce p̄uaricationē legis et inobedi/
entia diffinit̄ ambrosius esse peccatum.

Diversorum sententias de peccato ponit.

b

Quo circa diversi-

Triplex opis
mo de pccatis.

Malū nibil e

tatis huius verborum occasione: de pctō pluri-
mi diversa senserunt. Alij enim dixerunt vo-
luntate malā tamen esse peccatum: et nō acī ex-
teriorē. Alij voluntate et actus. alij neutrū
dicētes oēs actus esse bonos et a deo et ex
deo auctore esse. Malū autē nihil est: vt ait
Aug. sup. Johem. Qia p ipm facta sunt et
sine ipo factū est nihil. i. peccatum qd nihil ē
et nihil sūt hostes cū peccatū. Supra etiā di-
xit Aug. qd malū est pūatio boni vel corru-
ptio boni: qd etiā in li. lxiij. q. ait. Summū
malū nullū modū hz caret enī oī bono. At
modus aliquid boni est: nō igif est: qd nulla
specie p̄tinet: totūqd b nomē mali d speciei
priuatione repertū est. Itē in dogmatibus
ecclesiasticis dicīt malū vñ maliciā nō esse
a deo creatā sī a diabolo inuentam. qd et ipē
bonus creatus est. Idē etiā in libro contra
manicheos quid sit peccatum oīdit dicens
Peccare qd aliud est nisi in veritatis p̄ce/
ptis vel in ipa veritate errare. Quod si nō
voluntate faciunt: peccatores iniuste iudi-
cantur. Quid g in hactāta varietate tenē-
dum: quid dicendum?

Vera lūnia de pctō proponitur. c

Sane dici potest et
liberet radi debet peccatum esse actū malū in-
teriorē et exteriorē. s. malā cogitationē
et locutionē et operationē. P̄cipue in
voluntate cōsistit peccatum: ex qua tanq̄
arbores mala procedūt opera mala tanq̄ fru-
ctus mali.

Traditio quorundam qui dicunt
voluntatem malam et actum inq̄
tum sunt esse naturas et ideo bona
inq̄tū vero mala sunt esse pctā. d

Quidam autē dī-
ligenter attendentes verba Aug. quib⁹ su-
pra et in alijs scripture locis vtif: non indo-
cte tradūt voluntate malā et actus malos
inq̄tū sunt vel inq̄tū actus sunt bona
esse: inq̄tū vero mala sunt: peccata eē: qd
voluntatem et actum quēcūq̄ bonam dei
naturam esse dicunt: inq̄tū actus est vel
voluntas: et ex deo auctore esse. inq̄tū ve-
ro inordinate et p̄tra legem dei fit: et sine de-

bito caret peccatum est: et ita inq̄tū pec-
catum est: nihil est. Nulla enim substantia
est: nulla natura est.

Autoritatibus probant voluntates et actus omnes esse bona inq̄tū
sunt. e

Quātē voluntas

omis et actio bonū sit inq̄tū est: ex eo p̄b-
ant quod ait Aug. in lib. de. lxxixij. que/
stionibus. De boni tantūmodo causa est
quo circa mali auctor nō est: quia omniū qd
sunt auctor est. que inq̄tū sunt in tamen bona
sunt. Idem pbans nihil casu fieri in mūdo
ait in eodē. Quicqd casu fit: temere fit. qd
quid temere fit: nō fit dei puidētia. Si g
casu aliqd sūt in mūdo: nō puidētia vniuer-
sus mūdus amministrat. Si nō puidētia
vniuersus mūdus amministrat: aliqd natu-
ra vel substātia est qd ad opus puidētēnō
prinet. Omne autē qd est inq̄tū est bonū ē
Summū enī est illud bonū: cuius p̄cipua
tione sunt cetera bona. et omne qd mutabile
est: nō p̄se: s̄ boni illi p̄cipiatōe inq̄tū
est bonū est: qd diuinā etiā puidētia vo-
camus. Nihil ergo casu fit in mūdo. His
testimonijs innituntur ad ostendēdū om-
ne quod est inq̄tū est: bonū esse. Unde
idem Augu. in. j. lib. de doctrina christia/
na ait. Ille summe ac primitus est qd omni/
no incomutabilis est. et cetera que sunt nūl
ab illo else nō possunt: et in tantū bona sunt
inq̄tū accepērunt ut sint.

Quid ex predictis sequatur. f
Ex predictis colligit

atq̄ infer. qd si mala voluntas et mala actio
est: inq̄tū est bona est. Sed qd est qd diffi-
cile malā voluntate esse et malā actionē.
Malā ergo voluntas sive actio inq̄tū est
bonū est: et inq̄tū voluntas est vel actio
bonū similiter est: s̄ ex vītio mala est: qd vī-
tiū a deo nō est: neq̄ aliqd est. Qd Augu.
notasse videb̄ in li. de. lxxixij. q. dices. Vi-
tiū est voluntas quo est homo deterior: qd
vītio longe est a voluntate dei: vt ratio do-
cet. Ex hoc loco pbant voluntate inq̄tū
vītiosa est: nō esse a deo et inq̄tū vītiosa
est: peccatum est. Et peccatum est (vt aiunt) in
q̄tū nō habet ordinē nec finem debitum
Ita et actio inq̄tū ex malo procedit: et or-
dinem nō habet: et ad malum tendit.

De vītio vo-
lontatis.

Allia probatio q̄ omnīs actū inq̄stū est. bonus est. S

Itē et aliter probāt

oēm actū interiorē vel exteriorē inq̄stū ē esse bonū: q; nō esset actus malus nisi esset res bona: q; nō est aliqua res mala nisi ea dem res bona sit. Aug. in enc. Om̄is natura bonū est. nec res aliqua mala es set: si res bona ip̄a que mala est: natura nō esset. Nō ergo potest esse malū nisi esset aliquod bonum. Quod cū dici videat absurdē: cōnexio tñ ratiocinatiōis nos compellit hoc dicere. Ex p̄missis testimonijs asserunt oēs actus inq̄stū sunt: esse res bo nas. nec aliquid esse malum. id est peccatum nisi idem quoq; s̄m aliquid bonū sit. et om̄niū que sunt: inq̄stū sunt deū auctōrē pre dicant. et ei⁹ volūtate om̄nia esse q̄cūq; sunt que inq̄stū sunt nature sunt.

Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus inquantū sunt esse bonos. h

Quibus opponit

Si om̄ia que sunt inq̄stū sunt: bona sunt et nature sunt: ergo adulteriū et homicidium et similia inq̄stū sunt: bona sunt et nature sunt: et deo volente fiunt. Quod si est. tunc illi qui faciunt illa: bona agunt. quod penitus absurdum est. His x̄o sic illi respōdet. R̄ssio illorūz Dicunt equidem adulteriū: homicidiuz et hmōi: nō simpliciter actus denotare: s̄ actum vitia. Actusq; ipsos adulteriū et homicidii inq̄stū sunt vel inq̄stū actus sunt a deo esse: et bonas naturas esse: s̄ nō inq̄stū adulteriuz et homicidiū sunt. Et ideo nō sequi dicit: si actū qui homicidia et adulteria sunt a deo sunt: q̄ homicidia et adulteria a deo sunt.

Allia illorum oppositio contra eosdem. i

Item aliter eis op

ponit. Si aliquid nō est malū quod nō sit natura vel res bona: quō ergo peccata sunt nō credere i deū: nō ire ad ecclesiā et hmōi cū ista nō sint nature: immo omnino nō sunt? Nō est enī aliquid vel res aliqua nō ire ad ecclesiā: vel non credere et hmōi. Ad quod dicūt his atq; hmōi dictiōibus que vidētur p̄uatiōes simpliciter notare et nihil po

R̄ssio vbi tra dūt q̄ dicuntur p̄ negationēz aliqd ponere ut credere in deū et hmōi

here quia p̄ negationē dicunt vere aliqua ponī actusq; p̄ eas significari. Nō credere enī in xp̄m incredulitatē dicunt: et nomine incredulitatis malū mētis actū significari. Jam etiam cū dicīt nō ire ad ecclesiā malū est. non cūtis p̄ceptus significat. id est: voluntas mala vel propositu. hoc est enī declinare a bonū et ideo malū est. sicut ecōuerso declinare a malo bonū est. Sicut ḡ declinatō a malo aliqd ponit. sc̄z volūtatem et p̄positū vitandi malum. Non enim potest esse bonū qd omnino nihil est: ita declinatō a bono quod est significat. sc̄z volūtatem et p̄positū mali. Et s̄m hoc vera ē et generalis illa peccati mortalis descriptō quā supra posuit Augustinus.

Utrum malus actus inq̄stū peccatum est sit priuatio vel corruptiō boni. k

Potest etiam que-

ri ab eisdē: cum peccatum est (ut supra dictū est) priuatio vel corruptiō boni: et oīs actū malus sit p̄ctū utrū sit priuatio vel corruptio boni inq̄stū p̄ctū est vel nō? Si enī inq̄stū p̄ctū est corruptiō boni ē: cū corruptio vel priuatio boni pena sit homini. Inq̄stū ḡ p̄ctū est pena ē. Qd si est tūc inq̄stū p̄ctū est bonum esse videat et a deo esse. Si aut nō inq̄stū p̄ctū est: corruptiō est. queritur ergo s̄m qd corruptiō sit. Si enī corruptio est: et nō inq̄stū p̄ctū est: cū non sit nisi bonū: p̄terq; in eo qd p̄ctū est: ḡ inq̄stū bonū est corruptio vel p̄uatio boni ē. Ad R̄ssio vbi d: inq̄stū pecca tum esse pua tio boni. nos n̄ pena. qd etiā ip̄i dicūt actū malū nō inq̄stū est: neq; inq̄stū bonū est: esse priuationē vel corruptionē boni: s̄ inq̄stū p̄ctū est. nō inq̄stū p̄ctū ē: pena est. vel aliqd qd a deo sit. Ut enī ex xp̄bis p̄missis Augustini colligīt p̄ctū dicīt corruptiō vel p̄uatio actiūnō passiue. Nā ideo malū v̄l p̄ctū dicīt corruptiō boni qz naturā bona qlicūq; priuat bono. Nā si nō priuat aliqd bono. nō nocet: ut supra Aug. ait. Nocet aut adimit: ḡ bonū Nā aut nocet nisi inq̄stū ē ḡ inq̄stū peccatum est priuat bono. Itaq; inq̄stū peccatum est priuatio est vel corruptiō boni.

Quomodo inq̄stū peccatum est possit corrumpere bonum cum nihil sit. l

Bed cum nihil sit i

q̄stū p̄ctū est quō p̄t bonū corrumpere

Bonifacius Aug. vel adimere? Aug. te hoc docet in libro de
p. similitudinē. natura boni dices. Abstinere a cibo nō est
aliqua substātia: in substātia corporis si om-
nino abstineat a cibo: languescit et frāgit.
Sic nō ē substātia p̄t̄m: eo tñ natura ani-
me corrumpt̄.

Q̄ peccatū p̄prie corruptio est aie.
et quomodo. m

Peccatus vero id
est culpa; p̄prie anime corruptio ē. Si aut̄
queris i quo possit corrup̄i anima? In pa-
rabola illi q̄ incidit in latrones quez vul-
nerauerūt et spoliauerūt clarebat. Incidit
enī homo in latrones: qñ p̄ peccatū in po-
testatez diaboli trahit: et tūc p̄ p̄t̄m expo-
lit̄ gratuitis bonis. i. virtutibus: et in na-
turalibus bonis vulnerat: que sūt ratio et
intellectus: memoria et ingenium et h̄mōi: q̄
p̄ peccatū obtenebrant et vitiāt. Pec̄ pec-
catum etiā priuat illo bono cui participa-
tiōe cetera bona sunt: quo rāto magis pri-
uat quāto magis se ab eo elōgat.

Qualiter homo se elongat a deo.
sc̄z per dissimilitudinem quā facit
peccatum. n

Ab eo autem se elō-
gat homo per peccatum non loci distantiā
quia vbiq̄ totus et p̄sens est omnib⁹ et om-
nia in ipso sunt. vt ait Aug. in li. d. lxxxiiij.
questi. et ip̄e locus nō est. Locus tamē dei
abusus dicitur templum dei: nō q̄ eo con-
tineat: sed quod ei p̄sens sit et inhabitās
id aut̄ anima munda intelligit. Per pecca-
tum ergo nō h̄m locum aliquis longe sit a
deo: et in eo lōge sit: q̄ ab eius similitudine
recedit: et tanto longius quāto sit dissimili-
or. Illa aut̄ vt ait Aug. in li. de. lxxxiiij. q̄
que participatione similia sunt deo. recipi-
unt dissimilitudinem. At ip̄a similitudo nul-
lo modo ex aliqua parte p̄t̄ esse dissimilis.
Unū sit vt cū similitudo patris filius sit ex
nulla parte patri possit esse dissimilis: cui
participatiōe similia sunt: quecūq̄ deo simi-
lia sunt: et i la possunt recipe dissimilitudi-
nem. Nihil ē aut̄ qđ hominē adeo deo dis-
similem faciat quēadmodū peccatum. Lū
aut̄ peccatū sit priuatio vel corruptio boni
que est in anima: est etiā p̄uatio vel corru-
ptio boni corporis. Sicut corp⁹ hominis p̄-
uauit bñficio illi imortalitāt et impassibili-

tatis quā habuit ante peccatū.

An pena sit priuatio boni. o

Querī autem solet

vtrum et pena sit p̄uatio vel corruptio bo-
ni. Ad quod facile respōderi p̄t̄: si p̄dicta
ad memoriam reuocentur. Dicimus enī
supra priuationē vel corruptiōe boni ac-
cipi actiue vel passiue. id ē. h̄m efficientiāz
vel effectum. Ideoq̄ p̄uatio vel corruptio
boni dicit̄ et peccatū et pena: sed peccatū
sc̄d̄m efficientiā q̄r̄ priuat vel corrup̄it bo-
num. Pena aut̄ h̄m effectū. i. h̄m passionē
que est effectus peccati. Aliud ē em culpa
aliud pena. Alterum est dei. i. pena. alterū
diaboli vel hoīs. i. culpa.

Ista est distinctio. xxxv. huius se-
cūdī libri. In q̄ magister ostēa causa mali seu pecca-
ti. agit de ipsi p̄ peccati quidditatē. Et tria facit. Nā
primo ponit seclādariam peccati distinctiōe. Secū-
do ostendit diversitatem de ipso opinionēz. Tertio sub-
dit multiplicem contra veritatem obictionem. P̄i-
mū v̄q̄ ibi. Quo circa diversitatis. Secūdū v̄q̄
ibi. Quidam aut̄. Tertium v̄q̄ ad finē distinctiōis.
In speciali sententiā magistri stat in tribus p̄positi
onibus: quāz prima est hec. Peccatū diversimō
de a diversis doctoribus diffiniōes. Hanc p̄bans ma-
gister ponit tres peccati distinctiōes. Prima est bea-
ti Augustini in epistola ad Faustum dicentis: q̄ pec-
catum est dictum vel factum vel concupitum contra
legem dei. Secunda est eiusdem alibi dicentis. Q̄ pec-
catum est voluntas retinendi vel consequendi qđ in
sticā vetat. Quarum v̄raq̄ solum p̄uenit peccatis
actualibus mortalibus et nō venialibus: s̄z p̄ma ba-
rum conuenit peccatis p̄t̄ tam in exteriori actu q̄
etiam in interiori existunt. Secunda distinctio pecca-
tis p̄t̄ solum p̄ actum interiorē cōmitiunt. Ter-
tia distinctio est beati Ambrosij in libro suo de para-
diso ut dicit. q̄ peccatum est p̄varicatio legis divi-
ne et celestiam inobedientia preceptorum. Et subdit
q̄ p̄ma et tertia peccati distinctiōes tā actus interi-
or et q̄ exterior ostenditur esse peccati: sed p̄ secundā
tā actus interior ostenditur esse peccatum. Se
cūdī propositio est hec. Quādūs peccatum simul sit
tam in actu interiori et exteriori: principalius tamē
consistit et resp̄ in actu interiori. Hanc magister p̄-
bans dicit diversas opiniones fore circa hoc. Nam
aliqui dixerunt peccatum esse in actu interiori tantum.
Alij dixerunt q̄ nec in voluntate sterlori nec actu ex-
teriori consistat: quo: rāto fuit hec: nam voluntas
et actus eius habent entitatem. cū ergo peccatū: nō
h̄l sit h̄m beatum Augustinum sup Jobēz. videb̄ q̄
nec voluntas nec actus eius possit p̄prie dici pecca-
tum. Sed magister dicit q̄ sane credēdū sit: q̄ pec-
catum consistit tam in actu exteriori et interiori: p̄ne
palius tamē in actu interiori: eo q̄ sicut fructus ex ar-
bore p̄cedunt: sic mala exterioria p̄cedunt ex mala
interiori volūtate. Tertia p̄positio ē hec. Duma-
na voluntas et eius actus in q̄rum sunt: quedam bo-
na sunt: in q̄rum vero sunt cōtra legē dei nihil sunt.
Hanc magister probans dicit quosdam beatum Au-
gustinum in hoc fuisse secutos dicendo voluntatē et

eius actum inquitum sunt esse quedam bona: inquit vero sunt contra legem dei nihilesse. Quod probat per hoc: quod omne quod a deo est bonum est; quia alias deo non esset summe bonus: cum ergo voluntas et actiones a deo sint: quia alias casualiter tam ad deum peruidentiam non pertinentes contingenter: quod est inconveniens. ergo oportet dicere quod tam voluntas quam actiones inquitum sunt bona sunt et a deo. Postea contra illam sententiam obiecit tripliciter et solvit. Primo sic. Si omnis actus voluntatis esset a deo: sequeretur ex hoc quod adulterium: homicidium: et sic de aliis ceteris a deo: eo quod actiones sunt voluntatis. Et respondens ad hoc dicit quod adulterium: homicidium et homicidium non non minima parte actiones quodam: sed etiam quoquidam actiones deformitates. et quod ad hoc non sunt a deo. Secundo obiecit sic. Peccata omissionis important punctiones et negationes: sed punctiones et negationes non sunt a deo. ergo tales actiones non sunt a deo. Et responderet quod in omni peccato omissionis intelligitur aliquis actiones voluntatis positus: sicut declinare a bono et non velle credere in christum: et consimilia peccata omissionis que sunt declinationes quedam a bonis ponunt aliquos reales actiones. s. voluntatem et propensionem malum: et per consequentem non sunt omo nibil: ut ob tecum predicta redit. Tertio sic. per quod inquitum per quod est corruptio penalitatis: sed omo pena est a deo ergo per quod est a deo. Cui obiectio magister rendens dicit quod peccatum inquitum peccatum est: non est corruptio passiva cuiusmodi est pena sed est corruptio actionis que nihil est: que non est a deo: quia alias sequentes deum esse causam mali. Postea declarat hoc a simili et corruptio actionis a mali sit: quod abstinentia cibi mali est: et non corruptio corpus. Similiter sic peccatum mali est. tamen corruptio animas spoliando eam a gratuitis et vulnerat animam in naturalibus. et hoc tam quod ad animam quam a deo elongat per quo ad corpore quod immortalitatem priuat. Unde percludit corruptionem actionum esse peccati essentia: passiva autem per quod effectus et penam. Et tunc in speciali et.

Quod quedam simul sunt peccata et pena peccati: quedam peccata et causa peccati: alia vero peccata et causa et pena peccati.

DI. XXX
VI.

Lienduz est

tamen quedam sic esse peccata ut sint etiam pene peccatorum. Unde Aug. super illum locum ps. lvij. Suppeccidit ignis et non viderunt solem: ait. Ignis subbie et concupiscentie et ire intelligitur. Itas penas pauci videt ideo eas maxime rememorat apostolus in epistola ad Roma. et enumerat multa que peccata sunt et pena peccati. Ita inter primum enim peccatum apostasie et ultimam penam ignis eterni: media que sunt et peccata sunt et pena peccati. Greg. quoque super Ezechiel. ait. Locomenti qui non vult penitente ponit deus offendiculum. ubi s. graui impingat. Ideo peccatum enim quod per penitentiam citius non deletur: aut per quod est causa peccati

aut peccatum et pena peccati: aut per quod simul et causa et pena peccati. Unde Augustinus. Nodum sunt completa peccata amore mortis. Et David inquit: Appone iniqutatem super iniqutatem eorum. Et alius propheta. Sanguis sanguinem tenet. id est per quod peccato additum est. Paulus quoque ait propterea tradidit illos deum in passione ignominie et. Et item. Ut impleant peccata sua semper. Johanni quoque per angelum dicit. Qui in sorribus est lordescat adhuc. Ex his testimonibus colligimus peccatum aliquod: et per quod est et pena peccati.

Ex predictis questio oritur scilicet an inquitum peccatum est sit pena peccati.

Et idem merito que

ritur. utrum inquitum peccatum est sit pena peccati: Quod non videatur: cum omnis pena peccati iusta sit. Unde Aug. in libro retractationum. His pena peccati iusta est et supplicium nominatur. Si ergo per quod est peccatum et pena peccati: inquitum peccatum est: pena peccati est: cum omnis pena iusta de iustitia dei euenniat: vide inquitum peccatum est: iustum esse et a deo punire.

Ad quod illi rendent peccatum sic dici penam peccati: quod per per quod est merito procedentis peccatum homo labitur deserente deo corruptitur bona natura. Sicut ignis eternus dicitur pena malorum: quia eo crucianus: nec tamen ipse cruciatus malorum ignis est: sed per ignem fit in homine. Ita per quod est merito procedentis peccatum bonum nature: et ipsa immunitio et corruptio boni passio et pena: et non est essentia liter ipsum per quod fit: sed idem peccatum dicitur ut permissum est: quia per peccatum illico ut peccat homo fit in hoc illa corruptio: que tamen fit deo auctore. Illa non penitus est passio que est boni corruptio a deo est.

Illi tamen ut sic dicitur materia et causa est peccatum. quod a deo non est. Quod vide Aug. notasse: et iuxta hunc sensum intellexisse: cum ait in libro de predestinatione sanctorum. Predestinatione deus ea preservavit que fuerat ipse facturus. Sed preservavit deus etiam que non est ipse facturus. id est. omnia mala: quod et sic sunt quedam que ita peccata sunt ut etiam pena sunt peccati: sicut illud apostoli: Tradidit illos deus in passiones et non tam peccatum dei est: sed iudicium. s. pena. In scriptura enim sepe nomine iudicij pena intelligitur.

Rituum illorum
vbi docent et
quo sensu peccatum dispensatur
penam.

Augusti.

Hic diligenter intendentib^z insinuare videt ea que peccata sunt et pena peccati: non in quantum peccata sunt: sed in quantum pene dei esse dicuntur. Nam cum dixisset deum non esse facturum mala aliqua. id est. peccata: quia posset ei obijci: quedam peccata esse etiam penas peccati: et pena peccati omnis iusta est. et ideo a deo est. quasi determinando finem quod faciat ea: vel finem quod non faciat: ad didicit reliqua. Juxta vero predictam intelligentiam peccata sane dicunt pene: unde apostolus appellat ea passiones ignominie: quia ut ait autoritas. Iz quedam peccata sunt que delectantur: sunt in passionibus nature non noiande: quod per ea corrumptur natura.

Oz cum omne peccatum possit dici pena, non tamen omne est pena peccati.

Et licet ex hoc sensu

omne peccatum mortale possit dici pena: non tamen omne potest dici pena peccati. Pena enim peccati: ut predictum est: est illud cuius causa est aliud procedens peccatum. Nam peccatum sic dicitur pena peccati respectu procedentis: sicut dicitur causa peccati respectu sequentis. Quo fit ut idem peccatum et causa sit et pena peccati sed alterius peccati pena: et alterius causa ut eni^m Gregorius in moralibus ait: Peccatum quod penitentia non diluit suo potere mox ad aliquid trahit. Unde fit: ut non solum peccatum sit: et causa peccati. Ex illo quippe culpa subsequens oritur. Peccatum vero quod ex peccato oritur: non solum peccatum: sed et pena peccati est: quia iusto iudicio deus cor peccantis obnubilat: ut procedentis peccati merito etiam in alia cadat. Quem enim liberare non luit: deserendo peccatum. Proinde ut Augustinus contra Julianum. dicens quedam necessitate fieri ab homine que mala sunt: et eadem iusta pena peccati sunt. Sunt inquit quedam necessitate facta improbanda. Vbi homo vult recte facere et non potest: unde est illud apostoli. Non quod volo facio bonum: sed quod odio malum hoc ago. Et illud. Caro concupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem. Hec enim iniurie sibi aduersantur: ut non ea que vultis faciatis: sed hec oia ex illa mortis damnatione sunt. Nam si non est ista pena hominis sed natura: nulla ista peccata sunt. Si enim non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est homo: cum hec facit ea utique facit que debet. Si autem homo quod ita est non est bonus: nechaber in potestate ut sit bonus: siue non videndo qualis est debeat: siue videndo et non valendo esse quem.

Ex predictis vide significari ipsa eadem quod peccata sunt esse et penas peccati.

Bed cum ait criminis na criminibus vindicari: vide insinuare ea ipsa que peccata sunt essentialiter esse penas peccati. I.e. punitiones peccati. Ad hoc autem inquantum illi: hec et similia dicta esse finem ratione predicationis: et ideo intelligenda fore finem promissarum expositionem. Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi.

Oz non obuiat veritati si quis dicat ipsa peccata esse penas peccati essentialiter.

In nullo tamen pro

iudicium factum veritati putatur: si quis dicat ipsa eadem que peccata sunt essentialiter (veritate dicam) esse penas. I.e. punitiones peccatorum procedentium: que iuste sunt et a deo sunt: nec tamen in quantum peccata sunt: a deo sunt: nec in quantum peccata sunt: pene peccati sunt: et tamen in quantum peccata sunt: punitiones boni sunt. Ez ut supra dictum est: causality et actione dicuntur punitiones.

Aperte ostendit peccata quedam esse penam peccati, et penam ipsam iustum esse a deo.

Oz autem quedam

peccata pene sunt: et ipsa pena iusta sit et a deo sit cuiuslibet tradit Augustinus in libro retractationum. I.e. dicens quedam necessitate fieri ab homine que mala sunt: et eadem iusta pena peccati sunt. Sunt inquit quedam necessitate facta improbanda. Vbi homo vult recte facere et non potest: unde est illud apostoli. Non quod volo facio bonum: sed quod odio malum hoc ago. Et illud. Caro concupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem. Hec enim iniurie sibi aduersantur: ut non ea que vultis faciatis: sed hec oia ex illa mortis damnatione sunt. Nam si non est ista pena hominis sed natura: nulla ista peccata sunt. Si enim non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est homo: cum hec facit ea utique facit que debet. Si autem homo quod ita est non est bonus: nechaber in potestate ut sit bonus: siue non videndo qualis est debeat: siue videndo et non valendo esse quem.

se esse debere videt: penam istam esse quis dubitet. Omnis autem pena si peccati pena est: iusta est: et supplicium nominatur. Si autem iniusta est pena: quoniam pena esse non ambigit: iniusto aliquo dominante: homini imposta est. Morbo quia de omnipotencia dei et iusticia dubitare demetis est: iusta est hec pena: et pro peccato aliquo impendit. Non enim quisque iniuste dominas aut surripere hominem potuit velut ignoratus deo: aut extorquere inuito tantum iniuridiciori: ut hominem iniusta pena cruciare. Relinquit ergo ut hec pena iusta de damnatione hominis veniat. Hoc atque alijs pluribus testimonijs docet quodam esse peccata et penas peccati essentialiter.

De quibusdam que sine dubio peccata sunt et pene: ut ira, inuidia. g

Preterea nullatenus ambigendum est quedam peccata absque vello scrupulo penas esse: ut inuidia: que est dolor alieni boni: et ira: que etiam non inquit pene sunt: peccata sunt. Ita etiam de cupiditate et timore et alijs homini sentiendum est. **A**nde Aug. in libro. lxxviii. questionum ait. Omnis per turbatio passio: omnis cupiditas perturbatio. Omnis ergo cupiditas passio. Omnis vero passio cum est in nobis: ipsa passione patimur. Omnis ergo cupiditas cum est in nobis ipsa cupiditate patimur: inquit cupiditas est patimur ea. Omnis autem passio inquit ipsa patimur non est peccatum ita et de timore. Non enim consequens est ut si patimur timore: ideo non sit peccatum quod multa sunt peccata que patimur: sed non inquit patimur eis.

Quod verbis Augustini permisso que dam sententia Hieronymus obuiare videtur. h

Illud autem diligenter est annotandum quod supra positus verbis Augustini dicentes quedam necessitate facta esse improbadum et mala: videtur obuiare quod Hieronymus ait in explanatione dei: quod licet supra sit positum: tamen ut perfectius sciatur: iterare non piget. Exemplar inquit eorum blasphemiam qui dicunt impossibile aliquid homini a deo esse preceptum et mandata dei non a singulis sed ab omnibus in commune posse scrupari: et paulopost

Et tam illos errare dicimus qui cum manicheo dicunt hominem peccatum vitare non posse: quod illos qui cum Iouiniano afferunt hominem non posse peccare. Ecce Hieronymus dicit errorem esse: si quis dicat hominem vitare peccatum non posse. Qui autem dicit quedam necessitate fieri: quodam dicit non posse vitari. Cum ergo id Aug. dicat: videtur aut erroris esse quod tradit: aut non esse verum quod Hieronymus ait.

Definitione contrarietatis submo-
tus de sectorum medio. i

Ad quod dici potest

quia Aug. dicit hunc statum huius misericordie ad quod pertinet ignorantia et difficultas ut idem ait in libro de libero arbitrio: que ex iusta damnatione descenderunt: illud tradidit ubi et venialia peccata inclusum Hieronymus vero tamen de mortalibus peccatis loquitur: que unusquisque gratia illuminatur vitare valet: vel de homine hunc statum liberi arbitrii ante peccatum illud ait.

Epilogum facit ad alia transi-
tus. k

Satis diligenter eo

rum posuimus sententiam qui dicunt omnes actus naturas esse: et in quantum sunt: bonos esse: in quo tractatu quedam interserimus que non ex eorum tantum persona accipienda sunt: quod omnibus catholicis sapientibus absque hesitacione tenentur: atque autoritatum testimonij et rationibus eorum traditionem munivimus: quod dicunt omnes actus essentia sui. id est. in quantum sunt esse bonos. Quodam vero in quantum inordinate sunt peccata esse. Addunt quoque quodam non tantum essentia sed etiam genere bonos esse ut rescrivere esurientem: qui actus est de genere operum misericordie: quodam vero actus absolute ac perfecte bonos dicunt: quod non solum essentia vel genus: sed etiam causa et finis commendat: ut sunt illi qui ex bona voluntate proueniunt: et bonum finem metiuntur.

Ista est distinctio. xxxvi. huius se-
cundi libri. In qua quidem magis recitatio opinionibus diversis circa peccati quidditatem ostendit quandoque peccati diversitatem. Et inquit qualiter unum pec-

